



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-807158-p0001-4

DFG

Restaurierung  
H.-D. Lomp  
36110 Schlitz

17

DISPUTATIONIS THEOLOGICÆ,  
DE  
**ADIASTASIA**  
REI COELESTIS, ET SYMBO-  
LORUM TERRENORUM, IN SACRA-  
MENTO EUCHARISTIÆ,  
SECTIO POSTERIOR,  
Exhibens Sedem, & Objectionum Solutionem,  
PRO  
B. GERHARDO,  
*Contra*,  
**W E N D E L I N I**  
EXERCITATIONES CIII. CIV. CV. CVI.  
DIRECTA,  
&  
Divinâ adſtente Gratiâ,  
In Almâ Pomeranorum ACADEMIA,  
Consensu venerandæ Facult. Theol.  
PRÆSIDE  
**DANIELE LAGO, S. Theol. D.**  
P. P.  
*Publico examini subiecta*  
JOHANNE HOLTZMÜLLERO, Dantifc.  
RESPOND,  
*Ad diem 22. Maii bor. matut. ANNO M. DC. LVIII.*

---

GRYPHISWALDIÆ,  
Literis Vidiuae Jac. Jegeri Acad. Typog. impressa.







700



## LVIII.

**S**EDEM qui Joh. VI. quorsum etiam Wendelinus passim provoca-  
cat, si non in toto capite, tamen vers. 53. 54. 55. 56. quærunt, fru-  
stra sunt. Siquidem & integro anno concio isthac Coenæ  
Dom. institutionem antccesit, & manducationem omnibus salvani-  
dis simpliciter necessariam, hoc est, non sacramentalem, sed spiritua-  
lem strictè sic dictam, describit. Nonnemo è scholâ Calixti, digi-  
tum ad illam CHRISTUM intendisse, triplici probare argumento  
conatur.

I. Syllogisticè ita sonabit: *Quæcunq; verba Iudei intellexerunt  
de novâ quadâ manducatione corporis Christi diversa à spirituali, ista  
de spirituali neutquam agunt. Atqui verba Salvatoris, quæ extant  
vñ. 53. 54. 55. 56. cap. VI. Joh. Iudei sic intellexerunt.* E.

II. *Quicunque versiculi sic loquuntur de manducatione carnis,  
& bibitione sanguinis Christi, ut τὸ πν̄τὸν retineri queat, illi rectè ex-  
plicantur de manducatione & bibitione sacramentali. Versiculi jam  
citati tales sunt.* E.

III. *Quicunque versiculi distinctè verba faciunt de manduca-  
tione corporis, & de bibitione sanguinis Christi, illi non aliam innuunt  
manducationem & bibitionem, quam sacramentalem. Vers. allegati  
faciunt prius. E. de iisdem quoque verum post.*

Resp. ad I. per inficiat. Maj. Judæorum Capernaitici conce-  
ptus, si normam suppeditarent, cui sententiam nostram oportere  
conformari, sequeretur etiam, corpus Christi non ore tantum accipi,  
sed dentibus insuper conterendum, dilaniandum & comminuendum  
offerri, instar cibi alicujus vulgaris. Hoc pacto enim ipsi corpus  
Christi manducandum proponi, sibi persuassimum tenebant. In  
II. negamus Minorem. Disertè enim versus 53. requirit manduca-  
tionem corporis Christi, tanquam rem ad salutem simpliciter ne-  
cessariam, nisi manducavericis carnem Filii hominis, & biberitis ejus  
sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Genuinum proinde ho-  
rum verborum sensum si assequi cupiamus, omnino à τῷ πν̄τῷ rece-  
dere cogimus, nec de propriâ manducatione & bibitione illia inter-  
pretari, quæ ore fit, sed de spirituali, quæ fit per fidem Marc. VI, 16.  
*Qui creiderit & baptizatus fuerit, salvabitur. qui però non credi-*

F

derit,

derit, condemnabitur, & Joh. III, 36. Qui credit in Filium, habet vitam æternam; qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira DEI manet super eo, item v. 18. qui credit in eum, non judicatur: Qui autem non credit, jam judicatus est: quia non credit in nomen unigeniti Filii DEI. Cum de sacramentali mandatione nota sit regula: Non privatio, sed contemptus damnat. In III. limitamus Majorem, Quic. vers. dist. verba faciunt de mand. corp. & bib. sang. eamq; ad distincta symbola restringunt, illi non aliam &c. sic negatur Minor. Symbolorum enim h̄c nullam penitus inspergi mentionem constat. Hinc etiam verba immediate cohærentia, mandationem ad totam personam Christi referunt v. 54. Qui manducat ME, ipse vivet propter me. Perinde ac non modo dictum fuerat vers. 51. EGO sum panis vivus, qui de cœlo descendit, verūm etiam 35: EGO sum panis vitæ, qui venit ad ME, non esuriet. Ut totius capituli contextus, ubique mandationem spiritualem ob oculorum contitum ponat, quem ausu temerario divellere nefas.

LIV. Differt autem in universum manducatio spiritualis à sacramentali, objecto, modo, organo, subjecto, adjunctis, & effectu. Objecto, quia sacramentalis tantum dirigitur in corpus & sanguinem Christi, non verò in totam personam, multò minus in officium & beneficia. Neque enim Christus dixit: Edite, hæc mea est Divinitas: hoc meum est officium: hæc mea sunt beneficia: sed edite, hoc est corpus meum: bibite, hoc est sanguis meus; vel εμφανισθέως: Hoc poculum est N. T. in meo sanguine. Spiritualis pro objecto quidem habet corpus & sanguinem Christi, sed unà totam Christi personam, officium totum, & parta per illud beneficia universa & singula. Siquidem fides amplectitur totum CHRISTUM Ιησούς, Magnum nostrum Prophetam, Αρχιερέα, Regem, Mediátorem & Salvatorem, cum omnibus quæ ipsi debemus donis & bonis Joh. I, 12. & III, 16. Modo, quia manducatio sacramentalis fit εμέσως, interventu symbolorum terrenorum, panis & vini, quibuscum corpus & sanguis CHRISTI exhibetur. Spiritualis per agitur αμέσως, sine symbolis. Unde Joh. VI, 48. 50. 55. Salvator EGO sum panis vitæ, inquiens, Item: hic est panis de cœlo descendens: &c. non panem intelligit, è farinâ confectum, sed phrasitro.

si tropicā, semetipsum. Quamobrem cum sacramentalis manducatio distinctè feratur in corpus Christi, bibitio in sanguinem Christi (non enim Christus inquit: Edite, hic est sanguis meus: bibite, hoc est corpus meum: sed edite, hoc est corpus meum: bibite, hoc est sanguis meus) spiritualis simu & semel totum Christum apprehendit, uno eodemq; actu, ratione personæ, officii & beneficiorum ὄλικῶς spectatum. Quandoquidem cum hac manducatione sic comparatum est, ut ad Christum per eandem veniamus, & ipso fruamur Joh. VI, 35. 37. 40. Adhæc nec sacramentalis manducatio est bibitio sacramentalis, nec sacramentalis bibitio *ταύτη* cum manducatione sacramentali: distinguit enim illas Christus in verbis institutionis, & præmittit manducationem sui corporis, mediante pane, postea subjicit bibitionem sui sanguinis, mediante vino. Spiritualis verò manducatio reipsa à bibitione non differt Joh. VI, 35. *Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam.* Ubi coincidunt phrases: ad Christum venire, & in Christum credere, item non esurire, & non sitire unquam. Ut ergo spiritualis fames reipsâ idem cum siti spirituali, sic idem spiritualis manducatio cū bibitione spirituali, & qui hunc panem vitæ verâ fide manducat, is simul pellit siti spiritualem, & ex adverso, qui Christum verâ fide babit, pellit famem spiritualem. Organo, quia sacramentalis manducatio fit ore, quod tam diu veritati consonabit, quamdiu verba, edite, bibite, in institutione S. Cœnæ, significationem propriam tuebuntur. Spiritualis solâ fit fide Joh. VI, 29. *Hoc est opus DEI. ut credatis in eum, quem misit ille, &c.* Subjecto, quia in manducationis sacramentalis societatem ex æquo adsciscuntur poenitentes & impoenitentes, pii & impii, digni & indigni I. Cor. XI, 22. 28. 29. *Quicunque manducaverit panem hunc, & biberit calicem DOMINI indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini, &c.* Spiritualem sibi propriam fideles vendicant. Adjunctis, ut necessitate, quia sacramentalis necessaria quidem est, tanquam ordinarium salutis medium, divinitus institutum, sed non ἀπλῶς adeō, ut citra salutis dispendium carere illâ nemo possit, quin potius casus multiplices fidem faciant axiomati: *Crede, & manducasti.* Spiritualem inevitabilis exigit necesitas, ut sine hac nemo unquam salutem consecutus fuerit, Joh. VI, 53. Nec non tempore, quia sacramentalis

cœpit demum eā nocte , quā CHRISTUS traditus est. Spiritualis verò est omnium ætatum & temporum, cum jam protoplasti post lapsum conversi, omnesq; Patriarchæ & fideles T. V. per fidem carnem & sanguinem Christi perceperint. Effectu denique , quia sacramentalit non tantum obtinet pœnitentibus ad salutem, sed impœnitentibus quoque ad iudicium & condemnationem , I. Cor. XI, 29. Contra spiritualis nullum damnum affert , sed semper & omnibus sanitatis existit, Joh. VI, 54. 55. 56.

LX. Ubi igitur sedes invenietur? non alibi certè, quām in verbis institutionis Matth. XXVI, 26. 27. 28. Marc. XIV, 22. 23. 24. Luc. XXII, 19. 20. I. Cor. XI, 23. 24. 25. Quæ & primò & ex professo hunc religionis Christianæ articulum proponunt. Quamvis sues sint in oculis Adversariorum, & summo ab illis contemptui inquisimè habeantur; appositiæ arguantur, à Daniele Bühren, Consule Bremense, Tygurinis in scripto ad Jacob. And. & Neostadiensibus in admonitione pag. 94. Syllabarum accupia à Calvino lib. 4. instit. c. 17. §. 24. Crepus asini thurifaci scurrilie à Bezâ, in Χριστοφαγίᾳ pag. 35. vocentur, & vix digna censcantur, ad quæ sinistrum oculum adjiciamus à Victorino Strigelio in Epist. ad Rhambeccum, juxta ωραῖον & ἀντίδοτον desumptæ ex Hippocrate similitudinis: Quemadmodum Hippocrates præcepit, ut medicus dextro oculo ad naturam, sinistro ad artem respiciat: ita ego tibi bortator sum, ut non tantum verba cœnæ consulas, sed MVLTO MAGIS conversus sis animo & cogitatione ad totum corpus doctrinæ Christianæ.

LXI. Antequam verò probationi ὁρθοδοξία nostræ accingamur, præsupponendum τὴν ἡγετὴν verborum institutionis, quod evictum alibi, non saltem ratione generali, defectu manifestæ necessitatis, ad locutiones impropriæ configiendi: sed aliquot etiam argumentis specialibus, I. Sacramentorum proprietate, cum sacramenta per se, quoad esse suum, sint res prorsus novæ, & mortalibus cunctis, ante Divinam revelationem, ignotæ: quales, nisi proprio explicitur sermone, intelligi nequeunt. II. Testamentorum qualitate, cum omnium testamentorum ea sit ratio, ut verba planissima, significantissima, & mentem Testatoris dilucidissimè aperiencia adhibeantur, præsertim ubi eō perventum est, ut bona legata degnar

signari debeant. Quia de causa Jurisconsulti vetant, à nativâ significatione verborum recedere, nisi manifestissimum sit, aliter sensisse Testatorem: additâ hac αἰλονογίᾳ: si contrarium volebat (Testator) nulla erit difficultas ita disponere. Hinc Apostolus Gal. III, 15. *Fratres ναπ̄ ἀνθρώπων* (ἀνθρώπων, similitudine petitâ à rebus humanis, rationi, sensui & experientiae subjectis, à testamentis scilicet, seu ultimis hominum voluntatibus) dico, hominis Διαδύνεται, h. e. hominis honestam ordinationem morituri, & justam voluntatem ultimam, sententiam, dispositionem ac testificationem, quâ hæredes instituuntur, legata certis personis attribuuntur, & certa quædam negotia hæredum fidei quasi sub religione exequenda committuntur, si sit κεκυρωμένη, legitimè & judicialiter confirmata, ratificata, & plenam autoritatem adepta, nemo à ἡτεροι, abrogat, abolet, contemnit, aut irritam reddit, nemo etiam ἐπιδιατάσσει aliquid amplias dispensat, vel in formalibus mutat & adjicit, &c. Conclusurus à minori ad majus: si recedere à πνεῳ in verbis T. humani nefas, utique multò nō aiori piaculo se obstringent, qui propriam & nativam significationem verborum Test. Divini cum impropriâ & peregrinâ permutant. At verum prius. E. & post. III. Evangelistarum conformitate, utpote qui cum D. Paulo in eundem sensum concurrunt, dum verba institutionis, utut diversis temporibus, repetunt, veluti αὐτοῖς docet. IV. Troporum à Calvinistis confectorum absurditate. Non cadit Tropus in vocem panis, aut poculi, quia interprete Matth. poculum designatur impletum vino, & panis qui in mensa jacuit, quemq; Christus iu manus sumpxit & fregit. Non in vocem corporis & sanguinis Christi, quia & corpus ita describitur, quod pro nobis tradatur, & Sangvis, quod pro nobis effundatur. Non in copulam est, quia hæc ωργονατηγόρθιον, & apud Lucam ac Paulum prorsus omittitur. Non in integrum prædicationem, quia tropus non in rebus, sed in verbis consistit, nec quicquam competit toti, quod prius nulla sibi pars vendicaverit. Et quis non miretur, verba institutionis, clara sentis ac perspicua in præcedentibus, eo saltem loco, quo legatorum nomina exprimuntur, adeò perplexa, obscura & ambigua evadere, ut omnia nativam significationem amittant? Warumb machet er (Oecolampad.) nicht alles zu Zeichen und eitel trop-

pos, und saget also: *ista figura calicis, est figura Testamenti, in figurā sanguinis mei, i. e. ipse pictus calix, est image N. T. per signum sanguinis mei, i. e. per vinum.* O schön Ding / wer wil Ursach zei- gen / warumb ein Wort / und nicht die anderen alle auch müssen Tro- pus sehn / inquit Lutherus Tom. 3. Jen. fol. 496.

LXII. His ppositis fundamentis, facilis & expedita est Iēorwē nostræ probatio. Argumentamur breviter: (cum in bonâ causâ vel tria verba sufficient, valeatq; ad sui probationem ipsa rei eviden- tia, ut Augustinus loquitur) i. hunc in modum: *Quicquid S. Cœna manducandum & bibendum unâ cum pane & vino benedicto offert, id adiaceatwē in S. Cœna pani illi & vino adest.* Corpus & sanguinem Christi, in sensu proprio sumptum, S. Cœna manducandum & biben- dum, unâ cum pane & vino benedicto offert. E. Corpus & Sanguis Christi sensu prop. in S. Cœna pani & vin. adiaceat. Major pa- tet. Ut enim λῆψις, in manducaione & bibitione consistens, præ- requirit dōcīv, ob mutuam relationem: ita hæc ab adiaceσiā ob- jecti exhibendi pendet, quia id, quod abest, dari nullatenus potest. Minor probatur, quia porrecto pane, Salvator ait: *Accipite, edite, hoc est corpus meum, non typicum, non figuratum, (non sacramen- tale, sensu Wendeliniano,) sed quod pro vobis traditur.* Porrecto benedicto calice: *Bibite, hoc est sanguis meus, non typicus, non fi- guratus, (non sacramentalis, sensu Wendeliniano) sed qui pro vobis effunditur;* sive: *hic calix est N. T. in meo sanguine:* per Hebrai- smum, particulam c̄ȳ usurpans pro alterâ Αλ̄γ̄, per vel propter, si- quidem Test. N. sanguine Christi est sanctum, & bibitione sanguini- nis Christi nobis applicatur & confirmatur. Ut ipsum poculum dicatur ḡν̄χυνόδηο in remissionem peccatorum. Ubi Solacismum fingere cum Bezâ impium. E poculo enim Eucharistico non tantum γέννημα αμπέλων, sed unâ μεσήλη καὶ ἔκτη nostri Divinum sanguinem haurimus. Unde Chrysostomus in l. Cor. XI. *Hoc, quod in poculo adest, illud est, quod ex latere Christi fluxit.* Augustinus ad Neophytos: *Hoc accipite in pane, quod pependit in cruce.* Diony- sius de Ecclesiast. Hierarch. c. 3. part. 2. *Divina munera. (corpus & sanguis Domini) venerandis opera atque abdita sunt signis.* Sic- uti parte 3. panem & vinum operimenta nuncupat obducta mysterio corpora

*corporis Christi: Et Augustinus carnem Christi panis formâ oper-  
tam: Bernhardas in serm. de Cœnâ, panem & vinum, velamenta  
Corporis & Sanguinis CHRISTI.*

LXIII. Promanat igitur hoc è fonte simul argumentum se-  
cundum: *Cuicunque tribuitur proprium sanguinis CHRISTI, illi  
adiasētus præsentem & unitum esse sanguinem Christi oportet.  
Poculo benedicto trib. prop. sang. Chr. E. Poc. ben. adias. præs. &  
unit. esse Chr. sanguinem oportet. Major patet, quia aliâs prædica-  
tio merè foret verbalis, incepta, nugatoria, & à lingvâ Spiritus S. alie-  
nisima. Minor extat in textu, de poculo testante, quod pro nobis  
effundatur in remissionem peccatorum. Id quod soli competere  
sangvini Christi ēvidēt. I. Joh. I, 7.*

LXIV. Accedit III. è I. Cor. X, 16. *Quorum unum reali-  
zer est κοινωνία alterius, illorum conjunctio à Διάστασι negari ne-  
quit. Panis benedictus & corpus Christi, vinum Eucharisticum &  
Sangvis Christi, talia sunt. E. Major probatur, quia κοινωνία  
ubique prærequirit unionem; cumq; talis sit communicatio, qualis  
præcessit unio, utique κοινωνία realis, realem quoq; h. e. à Διάστασι  
unionem arguet. Minor iterum habetur in textu allegato: Calix  
benedictionis, cui benedicimus, nonne κοινωνία Sanguinis CHRISTI  
est & panis, quem frangimus, nonne κοινωνία (rursum per Hebra-  
ismum, majoris ἐμΦάσεως ἔνεκα, abstracto substituto in locum con-  
creti & κοινωνίας) corporis Christi est?*

LXV. Videamus nunc, quid excipiat exercitatione 106. Wenzel  
delinus. Contra argumentum I. jactat vim fidei, apprehendendi sua  
objecta, tam locis remotissima, quām proxima §. 2. *Quod loci inter-  
vallo abest, exhiberi nihilominus, cùm per verbum, tūm per symbola  
sacramentalia potest, ut fide apprehendi & applicari possit. Ita Ve-  
teres olim sacrificium Messiae expiatorium, per sacrificia Levitica re-  
presentatum, & fidei oblatum (quamvis futurum demum fuerit) fir-  
miter apprehenderunt, & per id non minus, quām nos, servati sunt.  
Objecta sua fides apprehendit in verbo & sacramentis exhibita, non  
obstante temporum aut locorum intervallo. Ubi confundit præpo-  
sterè ipsum sacrificandi actum, cum salutari ejusdem fructu, sub-  
stantiam*

stantiam Corporis Domini cum efficaciā, verbum promissionis cum  
re promissa. Fructus equidem, seu beneficia morte Christi, vel sa-  
crificio Messiae propitiatorio, acquisita, tam latè patent, ut ad omnium  
ætatum fideles se extendant, Acto. XV, II. Heb. XIII, §. Apocal.  
XIII, 9. Promanavit autem horum participatio non aliunde, quām  
à decreto Divino, quod ἀμετάνιγην, ἀμετίπλων καὶ ἀμεταμέ-  
ληγόν semper persistit, de Λόγῳ in plenitudine temporis olim incar-  
nando, I, Petr. I, 18. Redempti estis precioso sanguine Christi, quasi  
agni immaculati & incontaminati, καθεγούσις μὴν τοῦ κατα-  
σολῆς κόσμος, Φανερωθέντος δὲ τοῦ εχατῶν τῶν χρόνων. Sicuti  
quis liberari potest è captivitate, pecuniā nondum solutā, certò tamen  
solvendā & numerandā. Actu ut nondum extitit in T. V. substi-  
tia corporis Christi, ut nondum oblatum fuit reale sacrificium pro-  
pitiorium; ita nec apprehendi fide, cùm præsens, potuit, quoniam  
adessentia essentiam præsupponit: sed crediderunt Patres Foederis  
antiqui in CHRISTUM venturum, Matth. XI, 3. Conclusi in fidem  
revelandam, Galat. III, 23. Per σκιὰ futurorum bonorum, Heb.  
X, 1. Sic verbum sanè rei, nunquam fidei deest, omnem verò rem  
verbi si pariter præsentem sibi realiter fides sisteret, minimè norman-  
da secundūm conditionem objecti, ut futurum, tanquam futurūm,  
præteritum, tanquam præteritūm, solumq; id, quod reapse præsens  
est, tanquam præsens, apprehenderet, præsens hāc ipsā die, hāc horā,  
imò hoc momento & ictu oculi foret, non minus creatio mundi,  
quām excidium, cum utrumque credere nemo non teneatur.

LXVI. Ut frustrā Exercit. 104. §. 5. Wendelinus tam prolixē  
rhetoricetur de variis fidei effectibus, contra Nostrates, nonnisi phan-  
tasticam, imaginariam & intentionalem præsentiam, inter fidem &  
res longinquā locorum intercapidine disjunctas, concedentes. Co-  
gita perrrò, qui cum imaginatione concilias mirandos fidei effectus, qui  
pasim in Scripturā prædicantur, & magno numero Hebr. XI. Si  
phantasiæ etiamnum inhārescis, dicio per actum phantasticum Abe-  
lem majoris precii sacrificium obtulisse quām Cain, eundemq; justum  
esse, & postquam mortuus est, adhuc loqui. Per actum Phantasti-  
cum Enoch translatum esse, ne mortem videret. Nōe arcam præ-  
parasse, ad servandam domum suam. Per actum phantasticum Ab-  
raham auscultasse DEO voganti, & obtulisse Isaacum, &c. Heroicas  
basce

hæc & planè Divinas actiones phantasticæ facultati & imaginatio-  
ni nemo adscriperit, nisi prophanus phantasta, qui cum Paracelso &  
Weiglio exaltatam & Thaumaturgicam imaginationem prædicave-  
rit. Habet eis fidem phantasticam: nostra sit hypothesis (irre-  
sistit forsitan sphalma Typographicum, cum scribendum fuerit hypo-  
stasis) & γοία τῶν ἐλπίουμεν, ηγ̄ ἐλεγχός & βλεπούμεν. At nonne hoc est αἴρογατήν, & ἡ τὸς χορὸς ὅρχεια? Quotus-  
quisque Orthodoxorum, omnem realitatem effectuum fidei unquam  
ademit? Probandum erat unicè, fidem pollere efficacia, rebus lon-  
gissimè absentibus, veram & realem præsentiam, suo intuitu, conci-  
liandi. Hæc fidei vis & facultas, hæc ἐνέργεια, quo exemplo, quo  
oraculo uspiam nititur? Hypostasis τῶν ἐλπίουμεν, quo sensu  
fides audiat, nil certius nominis Etymologiā docet. Descendit  
quique à verbo ἔωσαν, quod est non cedere irruenti, sed statio-  
nem suam masculè tueri, impetum hostilem excipere & sustinere,  
non terga hosti, sed frontem objicere, ut apud Plutarchum in Deme-  
trio & Lysandro: illis qui se dedebant, parcebatur, υφισταμένοις a.  
trucidabant. Item: cum reliquos profligaret, unus ἔωσας transfi-  
xit eum. Pausanias judicium capitis non ἔωσας, fugit. Ac pro-  
inde si originem spectemus & significationem propriam, ἔωσας  
vocabulum est militare. Quod cum per translationem ad res Divi-  
nas applicatur, non minus Calvinisticam respuit explicationem,  
quam Scholasticorum, quorum judicio, appellationem hanc fides ideo  
meretur, quod primum sit principium generativum virtutum, sicuti  
substantia primum est ejus, à quo omnia alia dependent, vel quod fi-  
des æquè sit totius spiritualis ædificii fundamentum & dispositio, à  
quæ omnes virtutes procedunt, ac substantia præbet subjectum o-  
mnium accidentium; vel quod complectatur in se res sperandas, si-  
cūt objectum, vel præmium virtutes alias continens, substantiæ voca-  
bulo insignitur; ex ignorantia lingvarum: pro termino autem  
æquipollente agnoscit παρόνταν, πληροφορίαν, πεπίθησν, θάρσος  
Ephes. III, 12. I. Joh. II, 28. III, 21. IV, 17. V, 14. Hebr. III, 16. IV,  
vers. ult. Quod comprobatur collatio versiculi 6. c. III. Hebr. Christus, tanquam filius in domo suâ, quæ domus sumus nos, si fiduciam

G

& glo-

& gloriam spei usque ad finem firmam retineamus, cum vers. 24. participes Christi effecti sumus, si tamen initium  $\tau\omega\sigma\alpha\sigma\omega\varsigma$  usque ad finem firmum retineamus. Nec diffitetur hoc tum Calvinus, tum Augustinus Marloratus super hunc locum:  $\tau\omega\sigma\alpha\sigma\tau\varsigma$  vestentes firmam fiduciam, & initium  $\tau\eta\varsigma$   $\tau\omega\sigma\alpha\sigma\omega\varsigma$  nominantes initium fidei.

L X I I . Diluit quoque trigam annexorum argumentorum, unica distinctio inter substantiam corporis Dominici, & salutarem frumentum, quæ duo non minus discernenda sunt, quam persona & officium CHRISTI.

I. Occurrit §. 2. Quod ante institutionem S. Cœnæ vitam æternam meritorie fidelibus dedit, id ipsis per fidem fuit unitum, in iis habitavit, & per fidem fuit præsentissimum.

Atqui caro Christi, ante institutionem S. Cœnæ fidelibus per fidem non fuit unita, in iis non habitavit, & per fidem eis præsentissima non fuit.

E. Caro Christi, ante institut. S. Cœnæ fidel. vitam æternam merit. non dedit, adeoq; per Christum Patres T. V. servati non sunt.

Conclusio est à Teóloγο, falsa & absurdæ: cumq; verissima sit propositio: assumptionem non minus, quam conclusionem, oportet esse à Ιωάννον, falsam & absurdam: quæ animadversorum est.

I I . §. 4. Quod Evangelium & Sacra menta annunciant & offerunt, id fide apprehendimus, & nobis arctissimè unimus. Atqui ipsissimum Christum, qualis nobis est è virgine natus, & pro nobis passus, non phantasma Christi nobis Ev. & sac. annunciant at off. E.

III. §. 6. Qualis est præsentia Christi in nobis per fidem, talis quoque est habitatio & mansio per fidem in nobis, talis unio nostrum Christoper fidem, talis insertio nostri in Christum per fidem. Atqui præsentia Christi in nobis per fidem, est fictitia & imaginaria. E. fictit. & imag. Christi in nobis per fidem habitatio, &c.

Assumptio animadversorum est. Conclusio falsa & impia, &c. Nimirum limitanda ubique Major. Q. ante inst. S. Cœn. vit. æter. merit. fidelib. dedit, id ipsis per fidem fuit unitum, scil. ratione sui meriti. Quomodo qui assumptionem Lutheranis tribuit, enorme committit crimen falsi. Sic quod Evang. & Sacram. annunciant & off.

& off. id fide apprehend. & nobis arctissimè unimus, itidem respectu  
meriti, fructus & efficacia. Quomodo largimur totum, ut non  
nobiscum, sed suis cum larvis hic Wendelinus pugnet. Porro qua-  
lis est præs. Chr. in nob. per fid. talis quoque est habit. & mansio per  
fid. quoad efficaciam & beneficia. Ita verò οὐδὲν Wendeli-  
nus Lutheranis iterum per manifestam calumniam affingit.. Qui  
probare debebat, vel discrimine nullo distare substantiam Corporis  
Dom. & illius beneficia, causam & effectum; vel integritatem Sa-  
cramentalem, non pendere à veritate & institutione DEI, per incre-  
dulitatem hominum nunquam irritâ futurâ, Rom. III. nec absolvi  
δός καὶ λέψη, rei terrenæ & cœlestis: vel fidem suo intuitu, sub-  
stantiam aliquam, non saltem toto cœlo à nobis distantem, sed ne in  
naturâ quidem rerum existentem, οὐλος præsentem sistere valere..

LXVIII. Hinc Luthero in Postillâ Eccles. sup. Ep. i. Fest. Na-  
tiv. ita differenti: Man gibt dir ihn nicht in die Hand/ leget ihn nicht  
in den Kasten/steckt dir ihn nicht in den Busen/man gibt dir ihn nicht  
ins Maul: sondern man träget dir ihn vor allein im Wort und Ev-  
angelio/ und hält ihn durch deine Ohren vor dein Herz/ und beut dir  
ihn an/ als den/ der für dich/ für deine Ungerechtigkeit sich gegeben  
hat. Darumb kanst du ihn auch mit keinem andern/ denn mit dem  
Herzen auffnehmen/ (quod pronunciatum Wendelinus citat §. 9.  
Exerc. 104. & §. 7. Exerc. præc.) Nec non autoribus Syngram-  
matis Svecici, quorum verba allegantur Exercit. 104. §. 2. Neque  
enim Christus Agnus est Paschalis, sed per Agnum Paschalem adum-  
bratus est, & Agnus in solum Christum respexit: Nihilominus tamen  
prior fides est lynceo perspicacior, sub agno præsentem Christum ha-  
buit, accepit & credidit: Remotus quidem erat agni Paschalis tem-  
pore Christus & ab auribus & ab oculis carnalibus, præsentissimus ta-  
men erat fidei. Si sanguis Christi nos mundat, oportet sanguinem  
nobis præsentem esse, siquidem res absens non emundat. At fides,  
inquis, sanguinem offert nobis. Sed unde fides sanguinem accipit,  
nisi à verbo? Fides enim non est fides, nisi in verbum directa sit: ver-  
bum fidei objectum est: verbum fidei offert, quicquid accipit aut cre-  
dit, atque adeo quaecunque dona DEI vel nobis adempta, vel oculis no-  
stris abscondita, & longè posita fuerunt, verbo restituuntur, reve-  
lantur, & ob oculos ponuntur: Optimè convenit cum B. Gravero,

G. 2

eiusq;

ejusq; asseclis, actum fidei, ad introducendam objectorum longissimè absentium præsentiam, non nisi imaginariū & phantasticum statuentibus. Nullo enim apice Lutherus tangit Sacramentum Cœnæ, vel sacramentalem Corporis Dominici mandationem: sed loquitur de CHRISTO, ut CHRISTO atque Redemptore, & docet, quomodo aliás apprehendendus sit, tanquam is, qui seipsum pro injustitiâ nostrâ tradidit, ut salute æternâ & justitiâ DEI potiamur, nempe per fidem. Sicuti paulò ante inquit: Sein geben für dich mag auch keine andere Weise dich reinigen und gerecht machen denn durch solchen Glauben / wie S. Peter saget Actor. XV. durch den Glauben macht Er die Herzen rein / rc. E Syngamma Svecico, quod ex professo Oecolampadio, antigramma postea edenti, oppositum fuit, autoribus primariis, Brentio & Schneffio, adversus Sacramentarios, variis deinde publicatis meletematibus inclutis, ecquid itidem incommodi ad nos redudat? Adumbratum fuisse CHRISTUM per agnum paschalem, Syngamma ait. Proinde nec aliter fides præsentem Christum, illius judicio, sub agno paschali habuit, quam typicè, sive per adumbrationem aliquam. Dona DEI vel nobis adempta, vel oculis nostris abscondita & longè posita, quæ verbum restituat, ob oculos ponat, & fidei offerat, hic in strictâ significatione non ponit pro charismatibus vel beneficiis, è gratuito DEI favore profectis, & per Christum partis, sed pro ipsâ corporis Dominici substantiâ, ut visum Wendelino, nec carnem & sanguinem Christi considerari, in respectu ad illa dona & bona, prout nos mundat, quam ratione probabitur?

LXIX. Quantas verè delicias Zoilinæ pastu & saginâ Luthero-mastix hic sibi facit, sequentia arrodendo effata: Tale verum corpus & sanguis Christi, non tantum à sanctis & dignis, sed etiam ab impiis & indignis corporaliter tractatur & accipitur, quamvis invisibiliter, manibus, ore, patinâ, calice corporali & aliis, quemadmodum in Missâ datur & accipitur. Item: JESVS CHRISTVS in Cœnâ mihi corpus & sanguinem suum etiam corporaliter in corporale os meum ad manducandum dat. Ult & laudatâ à Luthero (nequid Capernaiticæ immanitati deeset, scilicet) sententiam Nicolai Pontificis & à Nicola Pon-tifice Berengario prescriptam: Sensualiter non solum sacramento, sed in veritate Corpus Christi manibus sacerdotum tractari, frangi & fide-

fidelium dentibus atteri. Cui hoc Epiphonema Wendelinus subjicit: Hacce epulas sibi & suis assecis habeat Lutherus. Annon mandationem corporis Dominici exitalem indignis Apostolus ipse attribuit? I. Cor. X. Unde Augustinus lib. 5. contra Donatistas c. 8. Indigne sumens Dominicum Sacramentum non efficit, ut, quia ipse malus est, aut quia non ad salutem accepit, nihil acceperit. Corpus enim DOMINI & sanguis DOMINI nihilominus eras etiam iis, quibus dicebat Apostolus, qui manducauit indigne. Et lib. 3. contra Donat. c. 14. Nihil interest, cum de Sacramenti integritate & sanctitate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus sit ille, qui accipit sacramentum. Interest quidem plurimum, ad salutis viam, sed ad Sacramenti questionem nihil interest. Fieri enim potest, ut homo integrum habeat sacramentum, & perversam fidem. Ecquod deinde organon propriæ mandationi destinatum, præter os? quo instrumento alio, ad mandatum Salvatoris: Bibite ex hoc (porrecto poculo) Apostoli id effectum dederunt, quod Historia Evangel. refert: Et biberunt ex eo (porrecto poculo) omnes? Nec primus fuisse Nicolaum Pontificem, qui propter arctissimam unionem sacramentalē, id de corpore Salvatoris enunciaverit, quod per se competit benedicto pani, jam ante ostensum.

LXX. Contra Argum. nostrum II. & III. crepat Wendelinus absurditates non declinandas, Exereit. 106. §. 22. & 37. Ni phrasis: Poculum est N. T. in sanguine Christi, explicetur secundum indolem phrasium sacramentalium: ni κοινωνία interpretetur cum Calvinistis sacramentum, vel signum κοινωνίας spiritualis, quia aliam interpretationem circumstantia Cœnæ Dom. intentio Salvatoris, natura veri corporis humani, ut & sacramenti, una cum Scripturâ & analogia fidei, non admittant. Sed novimus alia esse absurdā ἔργως, alia φαινόμενως. Atque ad hunc censem indubitatō revocamus omnia, sub quorum prætextu, clarissimā in luce positis verbis Christi, cœcariatio arietem immittit. Speciatim imbelles copias, quas circumstantia cœnæ Dominicæ, natura veri corporis, scriptura & analogia fidei promere videtur, jam debellavimus, circa statum controversiæ, residuarum examen jamjam addituri. Spiritualis si hic innueretur κοινωνία, quæ nobis obtingit per fidem, sequeretur inde, quia fides

totum CHRISTUM, cum universo ipsius merito, simul complectitur, poculum non minus κοινωνίας esse corporis, quam sanguinis Christi: panem & quæ esse κοινωνίας sanguinis, ac corpis CHRISTI, adeoq; duplicem hanc & distinctissimam κοινωνίας poculi & panis, transire in μετοχήν numero eandem.

LXXI. Negare cum B. Gerhardo, eos, qui panem solum (in usu Eucharistiae) fide accipiunt, corporis Christi spiritualiter participes fieri, non est præcipitantiæ ullius & cœcitatis, ut Wendelinus putat, sed conjicere cum Wendelino in unum chaos κοινωνίας sacramentalis, spiritualem & Ecclesiasticam. Sacramentalis, vel media-ta est, vel immediata. Immediata, intercedit symbolis terrenis, partim cum rebus cœlestibus, partim cum communicantibus. Media-ta, versatur inter substantiam cœlestem & communicantes, interventu scil. materiæ terrestris. Spiritualis, datur inter fideles & Christum, & per Christum totam SS. Triada. Ecclesiastica, locum habet inter ipsa Ecclesiæ membra. Itaque prima fundamentum præbet reliquarum, quippe quas confirmat & ob-signat. Ecclesiastica autem, porro subdividenda est in internam & externam. Interna, reperitur inter solos credentes, spiritu Christi beatos. Externa, inter omnes, qui ad ejusdem doctrinæ professionem, & eorundem Sacra-mentsorum administrationem confluunt. Indeq; prior oritur è κοινωνίᾳ Spirituali, posterior è sacramentali; juxta illud I. Cor. X. Omnes unus panis, unus corpus sumus, quia de uno pane participamus. Idq; citata super hunc locum è sermone de Eucharistiâ vox Lutheri innuit: Hæc spiritualis communio in Sacramento Cœnæ, velut in sacro aliquo & certo signo, nobis promittitur, offertur & do-natur, &c. Quemadmodum si civi alicui daretur signum, Chiro-graphum, vel symbolum aliquod, quo certus & persuasus esse debeat, se in civem receptum, ut membrum civitatis, omniumq; jurium & pri-vilegiorum ipsius consors & particeps sit: de quo Paulus ad Corin-thios loquitur, omnes unus panis, &c. Ineptissimè igitur Wendeli-nus: Solà fide, extra usum sacramenti spiritualiter participes red-dimur carnis Christi, ut constat ex Job. VI. Et hanc virtutem amit-tat fides, accidente Sacramento & signo sigilloq; hujus participa-tionis, pane Eucharistico, fidem excitante & fulciente? In usu enim Eucha-

Eucharistiæ, ex intentione autoris, quia dependet participatio spiritualis à sacramentali, ut corpus edat pro animâ sacramentaliter, anima pro corpore spiritualiter, quemadmodum veneranda antiquitatis canities locuta fuit; sanè frustrà expectabitur illa, nisi hæc legitima fuerit, & institutioni S. Cœnæ omni ex parte consentanea, quæ nobis non solum panem offert, sed mediante pane, simul ad corporis Christi mandationem sacramentalem nos obligat, si sacramentum Cœnæ, ut organon communionis spiritualis cum CHRISTO, ritè usurpare cupiamus. Evidem ut non omnibus simplicioribus Laicis, ob apposicu<sup>m</sup> dæmonis, ignorantia puræ negationis, quæ hunc fidei articulum, laborantibus, salutem adimere sustinemus: ita nec diffitemur, fieri posse, ut tales etiam beneficiis Christi, seu participatione spirituali fruantur, accedente potissimum pœnitentiæ erroris non cogniti. Psal. XIX, 19. cum ad S. Synaxin accedunt: at non per ipsum usum cœnæ Dom. sed per fidem salvificam aliunde accensam, & conservatam.

LXXII. Porro declaravit B. Gerhardus dependentiam participationis spiritualis à sacramentali, in usu Eucharistiæ, similitudine Apostolicâ idolothytorum & sacrificiorum T. V. Quemadmodum Dæmoniorum siebant participes, qui de illis vescebantur, quæ Dæmonii erant immolata: vel quemadmodum in V. T. consociationis unius corporis, Israëliticæ religionis, ac, interveniente fide, DEI siebant novvōi, qui de eadem victimâ, quæ in altari DEO offerebatur, comedebant: sic etiam tum demum conjunctionis cum CHRISTO & DEO, omniumq; Christi beneficiorum participes reddimur, quando in S. Cœnâ, accedente fide, eadem vicima, quæ DEO pro peccatis nostris immolata est, nobis (corporaliter) exhibetur, & (oraliter) participatur. Exceptionem Wendelini: Minus rectè instituitur comparatio, sic instituenda: Quemadmodum olim Dæmoniorum siebant participes, qui idolothyris vescebantur, quamvis ipsos Diaboles oraliter non manducassent: & quemadmodum DEI siebant novvōi, qui de victimis, DEO immolatis, comedebant, quamvis DEVMI oraliter non manducassent: Ita quoque corporis & sanguinis Dominici sunt participes, qui, fide accedente, symbola eorum sacramentalia sumunt: quamvis oraliter nec DOMINI corpus propriè dictum edant, nec sanguinem bibant, &c. Confellunt tritisimi Canones: Simile non est  
idem:

*idem: Aliud res, aliud rei modus. Convenit sancte inter Eucharistiam & sacrificia T. V. nec non idolothyta in eo, quod in S. Cœnâ  $\kappa\omega\nu\omega\nu\alpha$  beneficiorum Christi, perinde prærequirat  $\kappa\omega\nu\omega\nu\alpha$  rei terrenæ & cœlestis, ac participatio DEI & sacrificantium, communione aliquam inter sacrificia & DEUM; participatio idolorum & vescientium idolothytis, communicationem inter idolothyta & idola. Latius & ultra hoc tertium, ad certum participationis modum, similitudinem extendere, integrum non est. Bis igitur Wendel. culpan-  
dus. I. Terminorum corporaliter & substantialiter insertione, Ger-  
hardi verba fraudulenter corrumpit, quasi corporalem præcisè & sub-  
stantialem præsentiam corporis & sanguinis Christi in S. Cœnâ, vi  
hujus comparationis, inferre satestisset. II.  $\alpha\lambda\gamma\omega\zeta$  talem præsen-  
tiam, & mandationem corpori Salvatoris, in Eucharistiâ, ideo denegat,  
quod non deprehendatur inter DEUM & sacrificia T. V. inter  
idola & idolothyta; cum de præsentiae modo tam infirma hic sit  
argumentatio negativa, quam affirmativa. Alias qui elideretur te-  
lum hujus Syllogismi:*

*Si  $\kappa\omega\nu\omega\nu\alpha$  Dæmonium obtineatur absque omni mandatione  
tam spirituali, quam sacramentali, utique nec ad  $\kappa\omega\nu\omega\nu\alpha$  corporis  
& sanguinis Christi ulla requiritur, sive spiritualis, sive sacramentalis  
mandatio. At verum prius. E. & post.*

*Quod tamen Wendel non concedet. Concedat igitur, neces-  
sitas est, non minus verè  $\mu\epsilon\lambda\chi\eta\pi$  mensæ Dominicæ medium suppeditare, tum coalitionis in unum corpus mysticum Ecclesiæ, tum unionis spiritualis cum capite Christo, ac per participationem idolothytis, seu mensæ Dæmoniorum, in societatem Dæmonum ipsorum gentes perveniebant, ut indubitate sibi sponderent tutelam & patrocinium Dæmonum, quod per sacrificia hæc impetrari existimabant: et si medium illud  $\kappa\omega\nu\omega\nu\alpha$  corporis Christi & malorum genitorum, non sit uno eodemq; modo comparatum. Unde Occumenius: *Sanguis Christi suramq; nos Christo, ut membro capiti  $\Delta\lambda\pi\tau\pi$   $\mu\epsilon\lambda\chi\eta\pi\omega\zeta$ , quæ sit in Cœnâ: & Theodoreetus: Domino communi-  
camus per preciosum ejus corpus & sanguinem, Dæmonibus vero  
per idolothyti nutrimentum.**

LXXIII.



LXXIII. Restat, ut confutemus superstites tres Wendelini  
OBJECTIONES. Primas tenet, quam à generali Sacramen-  
torum naturā accersit §. I. Quia Sacraenta non sunt vasa gratiæ,  
vel rerum signatarum, sed signa & sigilla tantum. Syllogisticè.

Nullum sacramentum, à  $\Delta$ λεστρως corpus Christi exhibet.

Eucharistia, est Sacramentum. E.

Major probatur, quia Sacraenta sunt nuda signa & sigilla gratiæ. Minor est in confessio. Respond. per dist. inter Sacraenta Testa-  
menti Novi & Veteris. De his cum valeat Major, corruit protinus  
Minor. Novi enim foederis Sacramentum Eucharistia est, non  
merè  $\alpha\mu\alpha\tau\eta\eta\eta$  rei signatae, sed  $\alpha\sigma\delta\eta\eta\eta$  &  $\alpha\sigma\phi\eta\eta\eta$ ,  
rectissimèq; dictum à B. Gerardo: Verba Wendelini niti falsa hy-  
pothesi, nimirum omnium Sacramentorum, tam V. quam N. T. unam  
esse naturam, unam substantiam.

LXXIV. Instat Wendel. §. 2. Sacramentorum ual'  $\epsilon\zeta\chi\eta\eta$   
ita dictorum, eandem esse naturam genericam, eandemq; materiam  
internam, nempe Christum, cum omnibus beneficiis, non falsa, sed ve-  
risima est  $\omega\theta\epsilon\sigma\eta\eta$ . Ea enim univoci generis est ratio, ut natu-  
ram ejus ex aequo participant species singulae. De identitate mate-  
riae internæ consentientes habemus Doctores Lutheranos, &c. Sunt  
enim Sacraenta, propriè & ual'  $\epsilon\zeta\chi\eta\eta$  dicta, appendices Evangelii  
& sigilla ejus. Evangelium vero, quoad substantiam, idem fuit in V.  
& N. T. idem Christus eadem beneficia. Consensus Lutheranorum  
videatur in fine Exerc. 82. Fiat iterum Syllogismus:

Quæcunque idem Evangelium de eodem Christo, tanquam ap-  
pendices, confirmârunt, illorum una est & eadem substan-  
tia. Omnia sacraenta, propriè dicta, idem, Evang. &c. E.

Resp. limitando Maj. Q. id. Ev. de eod. Chr. tang. append. confir.  
 $\omega\alpha\omega\eta\eta$ , illorum una est, ead. substant. Sic negatur Minor. Saera-  
menta n. T. V. accesserunt Evangelio, tanquam typi,  $\sigma\eta\eta\eta$  futuro-  
rum honorum præ se ferentes, Hebr. X, i. At. T. N. cum suis Sacra-  
mentis  $\sigma\omega\mu\alpha$ , & rem ipsam continet. Quà materiam ergò cœle-  
stem tantâ animadvertisit differentia inter Sacraenta Foederis No-  
vi & antiqui, quanta datur inter promissionem & rem promissam; in-  
ter significationem nudam & realem exhibitionem; inter figuram &

H

corpus

ipsum; inter imaginem & rem imagine designatam. Etsi non insufficiuntur Lutherani analogiam singulorum Sacramentorum, ratione causarum externarum, efficientis & finis, ut commonstrant loca, à Wend. sub calcem Exerc. 82. allegata è Lutheri Post. Eccl. part. I. fol. 198. Brentii Exeges. in cap. 6. Joh. Heshusio in Exam. Theol. Loco 18. Herbrando in compend. p. 284. Lucâ Lessio in objectiōnib. in Catechet. p. 58. Genericam verò quod attinet Sacramentorum naturam, omnibus speciebus ex aequo communem, dicunt illaritius divinitus ordinatos, constantes verbo & elemento, quibus bona cœlestia, in cœjusque Sacramenti institutione promissa, singulis Sacramento rite utentibus, offeruntur, credentibus autem præterea conferuntur & applicantur: Milsâ mentione certæ ac determinatae materiæ, vel formæ, quæ non aliunde discenda, quām è propriâ cœjusque Sacramenti sede & institutione. Etenim quām arctus in finali causâ (adde efficientem) Sacramentorū omnium est consensus: tam evidens eorundem in materiâ & formâ est distinctio, ut pergit B Gerhardus hujusmodi utens Διοδεῖξῃ: In quibusunque Sacramentis fuit tantum σκιὰ & adumbratio corporis atque sanguinis suo tempore exhibendi, in illis non fuit eadem ρωμαία corporis & sanguinis Christi, quæ est in Cœnâ. Atqui in veterib. Sacram. &c. E.

LXXV. Instat Wendelinus: Assumptio, si hic ejus sit sensus: *Sacramenta V. T. καὶ ἐξοχὴ ita dicta, exhibuerunt tantum oculos, falsissima est, in DEV M & fideles V. Test. iniquissima: sequeretur n. fideles V. T. non nisi umbram captasse, si non nisi umbra esset oblata, adeoq; miserè delusos esse: Sequeretur etiam, Evangelium T. V. non nisi umbram exhibuisse: adeoq; veteres vel non esse servatos, vel per umbram esse servatos. Atqui fideles V. T. cum Abraham non umbram tantum Christi, sed & ipsam Christum viderunt, Joh. VIII, 56. V. T. Patres, non per umbram D O M I N I J. C. sed per ipsum Dom. J. G. sunt servati, Actor. XV, 11. Veteres eandem nobiscum ederunt escam spiritualem. I. Cor. X. Syllogisticè:*

Per quæcunque fideles salutem consecuti sunt, ea non nudam obtulerunt corporis & sangv. Christi umbram. Per Sacramenta T. V. salutem fideles consecuti sunt. F.

Resp. per limit. Maj. ex parte prædicati: Per quæcunque fidel. sat. Iut.

lūt' consec. sunt, ea non nud. obt. umbram corp. & sangu. Christi,  
scil. απλῶς. Sic largimur totum, repetentes distinctionem inter sub-  
stantiam corporis sanguinisq; Dominici, & effusiam. Efficaciam  
quidem nullo concludi Ecclesiæ statu, nullis coerceri temporum an-  
gustiis sinit, sed tantundem efficisse olim, quantum hodie præstat,  
corpus sanguinemq; Salvatoris, docet dictum Actor. XV, ii. Confi-  
dimus PER GRATIAM JESV CHRISTI salvari, ut Patres nostri sal-  
vi facti sunt. Substantia verò corporis Dominici, cum ante  
εὐαγγελίῳ Ἐλέγη nondum extiterit, ecquid illam exhibuisset?  
Non Entis nullæ sunt affectiones. Hinc vidit Abraham diem Chri-  
sti, h. e. credidit in Ἰησοῦ Πατέραν, sed tanquam in venturum Matth.  
XI. non ut in præsentem. Sic veteres eandem escam spiritualem edis-  
se, & eundem potum spiritualem (virtute divinâ & hyperphysicâ  
Christi, tanquam petræ metaphoricæ comitantis Israëlitas in deserto,  
productum) Sacer codex asleverat, cui refragari religio: at violen-  
dum est additamentum, & ab ipso Oecolampadio rejectum (cum col-  
latio hīc instituta, saltem concernat Patres inter se: & eandem cum  
Mose escam percepint, Core, Dathan, Abiram, & alii Domino di-  
splicentes) particulæ NOBISCUM, non minus fraudulenter inser-  
tæ à Calvinō, ac in versione Helveticâ Tigurinorum verbis Aposto-  
li I. Cor. XI, 27. Qui indignè manducant, fiunt rei corporis Christi,  
adjecta fuit, per evidētēm σπελόθη, vox SPRETI, quasi solo con-  
temptu reatus hie contraheretur: & in quibusdam editionibus ver-  
ba Christi: *Hoc est corpus meum: ita redduntur: Das WEDER*  
meinen Leib: ref. Schlüßelburgi lib. 2. Theol. Calvin. art. 5. p. 44.

LXXVI. Accedit objectio alia §. II. Wendelino num. 3. à fine  
institutæ cœnæ, quem Paulus ait esse, ut recordemur Christi, & mor-  
tem ejus annunciemus, usque dum venerit ad judicium. Quod si ve-  
rò jam adest suo corpore, cessabit annunciatio mortis ejus. Syllogi-  
smus prodibit duplex. Prior erit: Quicquid celebratur in memo-  
riam Christi, illi αἰδιασάτως esse unitum corpus Christi nequie-  
Eucharistia celebratur, &c. E. Posterior: Quicquid celebra-  
dum est usque ad DOMINI adventum, illi corpore suo DOMINUS  
αἰδιασάτως jam non adest. Sacramentum Cœnæ celebrandum  
est usque ad DOMINI adventum. E.

H 2

Resp.

Resp. ad prior. (i.) per inficiat. Maj. Cadunt enim sub memoriam, res etiam præsentissimæ. Non semel populus Israeliticus jubetur in memoriam revocare DEUM, & reprehenditur, quod DEUM oblivioni tradiderit. Deut. & Jud. VIII. Non semel illas ad DEUM fuderunt preces pii: DOMINE memento nostri, recordare nostri. Psal. XXV. Nehem. V. Non semel DEUS recordatus fuisse piorum prohibetur, Gen. VIII. Job. XIV. immo Divina extat promissio, solatii plenissima, Exod. XX. In omni loco, in quo memoriam nominis mei instituero, veniam ad Te, & te exaudiam. Sic arca fœderis in T. V. nec non columna nubis & ignis in deserto, μνημόσυνον præbebant JEHOVÆ in medio Israelitarum ambulantis. Sic Paulus II. Tim. I. VI. ἀναμνησοντες αὐταὐτοὺς τὸ χάρισμα τοῦ Ιησοῦ (non absens aut præteritum, sed) ὃ ἐστιν ἡ οὐδὲν διατίθεται χειρῶν μη. Deinde limitare etiam licet Prædicat. Maj. Quicquid celebrat. in memor. Chr. illi adiæc. esse unit. corp. Christi nequit, nempe quoad præsentiam sensibilem: vel respectu ejus, in cuius memoriam redire debemus. Quomodo concedimus totum. Debemus autem recordari passionis & mortis Christi, quam omnino præteriisse, ultrò concedimus, I. Cor. XI, 26. Quotiescumque manducabis panem hunc, & ex hoc calice bibetis, mortem DOMINI annunciatis, donec veniet.

LXXVII. Quia vero verba hæc Apostoli ita Wendelinus accipit, ut contra nos retorqueat, Respondemus porro ad Syllog. posteriorem. per limitat. præd. Quicquid celebrandum est usque ad Dom. advent. illi corp. suo Dominus adiæc. jam non adest, quæ eundem adessentia modum, quo ad nos illum venturum expectamus, magnificum videlicet ac gloriosum. Sic rursus largimur totum, non ignorantes inter præsentiam Christi sacramentalem & gloriosam imminsum discriminem. Absit autem, negato hec vel illo præsentia aut adiæcōrias modo, omnem simpliciter adiæcōiar negemus. Aptissime B. Gerhardus: Apostolum citatis verbis, debere mortem DOMINI annunciari, donec veniat, non corpus DOMINI, sed κύριος. Si igitur omnimoda corporis Christi à sacrâ cœnâ absentia ex hisce verbis adstrui debeat, debere & hoc inde adstrui, Christum omnino & planè à S. Cœnâ esse absentem: non enim dicit Apostolus, donec Dominus

minus visibiliter corpore suo redeat, sed sine illâ retratione, donec veniat. At conseq. vix concessurum esse Wendelinum, quamvis enim Personam Christi ab Eucharistiâ reapse excludat, nolle tamen ipsum riederi excludere.

LXXVIII. Instat Wendelinus: Subtilitas ista, non corpus Domini, sed  $\alpha\kappa\nu\epsilon\iota\zeta$ , cause uostre nihil incommodat. Siquidem adventus seu redditus Douini ad judicium non promittitur sine corpore, sed cum corpore. Ita enim redibit in terras, ut è terris ascendit, Act. I, II. At qui ascendit cum corpore, & propriè respectu corporis: redabit igitur propriè, respectu corporis & humanæ naturæ. At obtuso, Arcadico & Bæotico acumine. Non latuit B. Gerhardum, virum doctrinæ gloriâ insignem, soli corpori competere accessum & discessum, seu ascensionem & descensionem, propriè sic dictam, h. e. localem & physicam. Negavit autem, hanc spectari ab Apostolo, quod non dicat: donec DOMINVS visibiliter veniat corpore suo, sed absolute, sine illâ retratione, donec veniat. Hoc igitur probandum, hic Rhodus, hic saltandum Wendelino restabat, herbulam porrigerere vietasq; manus pertinaciter renuenti. Tradit enim Scriptura, prater adventum localem, quo successivè aliquid & visibiliter ab uno spatio tendit ad alterum, etiam illocalem & hyperphysicum. Tali JEHOVAH, ob imminentatem essentiae omnipræsens, nullibi inclusus, nullibi exclusus, eò descendit, ubi præsentiam suâ speciali quodam documento & opere manifestavit, verbi gratiâ, ad confundendas ipsorum lingvas, qui Gigantæ & cœlum petente audaciâ turrim Babyloniam moliebantur, Genes. VI. & ad redigendam sulphureo imbre in cineres & favillas Sodomam & Gomorrah. Gen. XIX. Tali quoque veniet ad judicium totus  $\mathfrak{I}\rho\alpha\mathfrak{v}\mathfrak{D}\rho\pi\zeta$ , in suâ gloriâ Matth. XXVI. sicuti prius modo prorsus divino, in visibili & hyperphysico, humanitate suâ ascendit  $\mathfrak{I}\mu\mathfrak{e}\mathfrak{g}\mathfrak{v}\mathfrak{w}\mathfrak{m}\mathfrak{v}\mathfrak{l}\mathfrak{w}$   $\mathfrak{g}\mathfrak{e}\mathfrak{g}\mathfrak{v}\mathfrak{w}$ , ut omnia impleret, Ephes. IV. et si  $\mathfrak{g}\mathfrak{e}\mathfrak{g}\mathfrak{v}\mathfrak{w}$  corpus è terrâ in sublime evexerit, & in nube rursus Pantocritico die se conspectui omnium expositus sit Act. I. Unde ultimus hic adventus Christi vocatur  $\mathfrak{P}\mathfrak{m}\mathfrak{F}\mathfrak{a}\mathfrak{v}\mathfrak{e}\mathfrak{a}$  II. Thess. II, I. Tim. VI, 24. II. Tim. VI. 8, &  $\mathfrak{d}\mathfrak{p}\mathfrak{o}\mathfrak{k}\mathfrak{a}\mathfrak{l}\mathfrak{u}\mathfrak{f}\mathfrak{i}\mathfrak{s}$  I. Cor. I, 7. II. Thes. I, 7.

LXXIX. Objicit ultimò *Wendelinus* intentionem Christi. §. 12. *Voluit enim CHRISTIUS à fidelibus principaliter manducari corpus suum, quatenus pro nobis est traditum & crucifixum. Qui vero presentiam corporalem jam fingunt & oralem manducationem constituunt, ii manducandum exhibent tantum corpus gloriosum & impatibile, &c.* Syllogisticè:

Quicquid Christus à fidelibus principaliter manducari voluit, *QUATENUS* pro nobis est traditum & crucifixum, id à *Agagētōs* in pane Eucharistico non adest. Corpus suum Christus à fidel. &c. E.

Resp. per inficiat. Minor. per novum enorme crimine falsi, in propositione Salvatoris: *Hoc est corpus meum, Quod pro vobis traditur: substituentis in locum pronominis quod particulam limitativam QUATENUS.* Ut crimen ab uno nosci omnes Calviniani queant; & meritò *Lutherus* scripserit Tom. 3. Jen. fol. 444. in confessione majori: *Dieß einige Stück sollte billig jederman von dieser Secte abschrecken.*

LXXX. Instat *Wendelinus*: *Calvinianos, quos ita appellatis, communiter nō quod exponere per nō quatenus, ita ut exclusa substantia, solam qualitatem denotari credant, falsum est: quamvis fortè Lutherus id affirmaverit. Fuit enim adversariis suis subinde iniquior: quā in parte vos strenue praeceptorem imitamini. Sed convincunt *Wendelinum* iniquissimæ accusationis, quæ suprà recensuimus è *Calvino*, *Zwinglio* *Petro Martyre*, *Piscatore*, *Orthodoxo consensu*, & aliis, emblemata, *Leonis Cumani* aures palam exerentibus, quas tegeret tantâ calliditate, tot verborum lenociniis cæteri student. Imò quid universâ hâc exercitatione *Wendelinus* agit impensius, quām ut substantia corporis Dominici Eucharistiam privet? dum omnem movet lapidem, ut à *adagiorum* corporis Dominici & panis Eucha-*

Eucharistici, quo cum illud in S. Coenâ nobis exhibetur, evertat.

LXXXI. Ineptissimè nugatur in subsequentibus: Quod nobis denotat substantia cum circumstantia, seu adjuncta passione, (siquidem panem Eucharisticum Servator appellavit corpus suum, non quomodounque consideratum, sed cum speciali respectu ad passionem &c.) id vos in sensum, à mente nostrâ planè alienum, detorquetis. & §. 14. Orthodoxis Synonyma sunt manducare corpus Christi, quatenus est traditum & crucifixum, & manducare corpus Christi traditum & crucifixum, b. e. cum recordatione fideli crucifixionis. Ipsa descriptio corporis ab adjuncta passione limitat illud, &c. Item §. 17. Et hoc notari velim, nō quatenus, quod in Orthodoxis exigitant, ipsis etiam probari Lutheranis: quando ajunt exhiberi corpus, quatenus vivificat. Etenim hoc ipsum est οὐκούδην: an rectè sentiant Calviniani, confundentes descriptionem prædicati, cum limitatione, propositionem absolutam cum exponibili? Lutheranorum et si nemo prædicationem istam limitativam ex parte subjecti: Corpus CHRISTI, quatenus vivificum est, nobis in coenâ exhibetur, repudiet; nemo tamen etiam tam crassorum est sensuum, ut hanc pro æquipollente vendit illius, quam è Salvatore audiverunt Apestoli: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur.* Ita retinemus quidem propositionem Ecclesiasticam: *Panis est corpus CHRISTI,* ad explicandam quodammodo enunciationem Salvatoris: *Hoc est corpus meum:* sed absque iooduvapia. Sacramentalis sanè est utraque, sed hoc discrimine, quod posterior sola maneat γέγαθος & Synonymica, sensu Grammatico Synecdochica, h. c. rerum diversarum comprehensiva, & comprehensarum exhibitia, utut denominatio fiat tantum à potiori: prior α-

γέγαθος

χραφθ. & paronymica; subjectum obtinens non συμ-  
πλεγμόν, sed simplex, & exprimens unionem Sa-  
cramentalem benedicti panis & corporis CHRISTI,  
citra controversiam extraessentialē, ideoq; non ali-  
ter intelligenda, quam quod mediante pane, seu in-  
& cum pane dispensetur corpus CHRISTI: panis sit  
symbolum offerens corpus Dominicum: Κοινωνία cor-  
poris Christi, veluti Apostol loquitur. Ulti usu harum  
particul. Orthodoxiam nostram tam μετασοχεώς Pon-  
tificiæ, quam nudæ significationi corporis  
absentis oppositam cupiamus.

Quâ de re alibi.

SOLI DEO GLORIA.




Restaurierung  
H.-D. Lomp  
36110 Schlitz



# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	
Cyan	
Green	
Yellow	
Red	
Magenta	
White	
3/Color	
Black	



THEOLOGICÆ,  
17  
TASIA  
S, ET SYMBO-  
ORUM, IN SACRA-  
HARISTIÆ,  
STERIOR,  
ectionum Solutionem,  
O  
HARD O,  
E L I N I  
CIII. CIV. CV. CVI.  
CTA,  
ente Gratiâ,  
rum ACADEMIA,  
æ Facult, Theol.  
IDE  
o, S. Theol. D.  
P.  
*ni subjeclia*  
ÜLLERO, Dantisc.  
OND.  
tut. ANNO M. DC. LVIII.  
VALDIÆ,  
Acad. Typog. impressa.